Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De Trigesimo Aquarij Gradibus. Cap. 14

urn:nbn:de:bsz:31-95557

Visual Library

aſpectus, & tandem eorum vitę exiguum fuerit tẽpus, ſi Iuppiter in aſcendente, boni erunt ingenij, incolumis ſalutiæ, & longæ vitæ, quòd ſimiliter ſignificaretur cum beneficis aſpectibus à Marte; horum gradum ſtella Saturni naturam ſuſcipit.

De Trigeſimo Aquarij Gradibus.

Cap. XIV.

AQuarij ſignum eſt domus Saturni, natura calidum humenſq; Aeris naturæ opitulans, fixum, in quo nullus exaltatur Planeta, Sol hoc ingreditur die 21. Ianuarij ibique vſque ad 19. Februarij mora trahit, ibiq; ſtat 30. diebus per 30. gradibus duabus horis, quę ſunt effectus quos pariunt gradus in aſcendente, in quorum conformitate de ijs infra loquemur.

I Primus Aquarij gradu callido ingenio in lu cem venientes parit,& magna contemplatio ne præditos,cui ſi pr erit Iuppiter , vel cu benefico intuitu re pexerit,atq; Luna b ne poſita, & colloca ingereſi fuerit,eos re dee magnos Reges,atq; potentes,Regnoru poſſeſſores,idq; totum temporis proceſſu, in aquis periclitabuntur diem ob ire, qu tunc eueniet,quando infortunæ colle cati i malis locis fuerint cum maleficis aſpectibu eorum ſtella Saturninam,Veneremq; natu conſequitur.

a

Artifices, pictores, ſimileſque artes proſequentes gradus iſte denotat naſcentes, liberos habebunt, quas longa vita viuere videbunt, & quando duę infortunæ his gradus maleficè irradiabunt, infortunatos, miſeriſque repletos innuet eos; oppoſitum eueniet cum Iuppiter, vel Venus præſentes fuerint, vel benefico radio eos intuebuntur, quoniam ſi bonis fruentur aſpectibus gradus illi fortunarum dictarum, fortunam propitiam ſentient, perfectaque valetudine fruentur, & longeui viuent; eorum ſtella Saturni naturæ adſcibitur.

3

Homines ſolertes, & apud populos, atque Dominos fauſtos hic tertius gradus faci homines, cui præſentes Iuppiter, vel Venus, quæ de benefico radio aſcendens intueretur, terrarum poſſeſſores, atq; ſubditarum dominatores nunciantur, attamen eorum patrimonia amittent maiora bona acquirentes, atq; magnitudines, illos ſuæ m tipſæ gentes proſequentur, omniq; ſceler atq; impietate replebuntur, alienis malis ga debunt, vili genere ortum ducent, & ex l ancillis libenter ſuſcipient, nec mortem co ægre ferent à mœrore alieni erunt, libente moleſtijs alios afficient, ita vt eos odio hab bunt homines omnes, ob hanc cauſam com dones fuerint, multaq; rura poſſidebunt, a in magnum dominium efferentur, in eorum tamen ſenectute agros ſuos colent, & rura, ſi altera infortunarum inimico oculo aſce dens ipſum videbit, ſuas vires amittent; co ſtella Saturni naturæ opitulatur.

4

Ad clemẽtiam, iuſtitiam Deiq; cultum hic gradus excitat naſcentes; hi iudices fient, alienaſq; cauſas iudicabunt, ſi dicto gradui præſens minimè fuerit altera ex duabus fortunis, vel aſpectu benefico cùm irradiabit repentinâ morte obibunt, & peius hoc erit, ſi infortunæ malefico aſpectu eum intuebuntur; horum ſydus Mercurij naturam ſequitur.

5

Infelices, & ad mala inclinatos facit homines hic gradus, quem ni Iuppiter, vel Venus beneficè viderint, vel altera ex duabus dictis fortunis octauam occupauerint domum, altera vero de tertio, vel octauo ſuſpendentur publice in patibulo ſic naſcentes; eorum ſtella Saturni, Mercurijq; naturam proſequitur.

6

Sextus hic gradus homines aquas haurientes præcreat, & ſi infortunæ maleficè eum intuebuntur, erunt infęlices, atq; infortunati, at fortunis beneficè aſpicientibus optimi lectores, multumq; fortunati in eorum adminiſtrationibus efficientur, eorum ſydus, Saturni, atq; Mercurij naturæ adminiculatur.

7

Laborioſi ſedulique magnopere efficientur homines, qui ſic in lucem venerint & ſi Venus beneſice gradus hos aſcẽdentes reſpexerit, longeui, atq; ſani iuſtitiam colent, diuitijs abundabunt, & in eorum ſenectute multum proficiſcentur, liberoſq; morigeratos habebunt ſuperſtites, ipſiq; naturalem mortem ſentient; Saturni, Mercurijq; naturæ ſydus eorum graduum accomodatur.

8

Infortunatos homines efficit, hic gradus, cui ſi gradui eius Dominus ſcilicet, Saturnus, aſpectu benefico non aſtiterit, infortunia ſubibunt, mortiſq; violentę pericula, at cum Ioue, vel Venere beneficè gradus hos aſpiciēte, fortunati feliceſq; euadent in omnibus ſuis negotijs; horum ſtella Saturni, Martiſq; naturam admittit.

9

In architectura peritos ſculptura, & ſimilibus naſcentes innuit hic gradus, at ſi Mars, vel Saturnus cum maleficè viderit infortunia, calamitates patientur, verū ſi Iuppiter, vel Venus beneficis aſpectibus aſtiterit, Regibus, magniſq; Dominis famulabuntur, talium ſtella Saturni, Martiſuè naturam ſuſcipit.

10

Valdè infelices ab hoc gradu denotantur naſcẽtes, cui ſi Mars aſtiterit, reddet illos balneatores, pauperculoſq; famulos, longa fruentur vita, verum miſerabili, atq; laborioſa, Veneris, Mercuriijq; naturæ ſtella accomodatur.

11

Infortunatos parit hic gradus homines, quem ſi beneficè Iuppiter, vel Venus aſpexerit, in aquis vita priuabũtur, vel etiam humidis in locis miſerabiliter, qui cum capite vrnæ in lucem venerint; medici euadent, quibus ſi gradibus aſtiterit Saturnus, vel quod etiam maleficè eos intuebitur, mortuorum humatores fient, vel etiam buſtuarij, ideſt ſepulchrorum extructores, eorum ſtella, Saturni, Martiſque naturam imitatur.

12

Piſcatores, qui miſerabiliter victum quæritabunt efficit hic gradus homines, cui ſi maleficæ ſtellæ ex aſpectu coniungentur in aquis mori periclitabuntur; eorum ſtella, Saturni atq; Martis naturæ adhæret.

13

Hic decimus tertius gradus, hortulanos homines geret, atq; cloacorũ mundificatores, at ſi Mars præſens fuerit, balneatores efficeret, ſi Saturnus, erũt tabellarij, qui literas exportabunt; eorum ſydus, Saturni, Martiſque naturæ accomodatur.

In-

14

Infortunatos facit naſcẽtes gradus hic, at ſi Mars huic gradui adhærit, nautæ fient, miſerabiliq; vta viuentes, ſiq; Mars de oppoſito Saturnum viderit, violenta eos mori morte efficiet, verum ſi vterq; maleficus, angulos occupauerit, hoc confirmatur; eorum ſtella Saturni Martiſq; naturæ adſtipulatur.

15

Inhoneſtos, laſciuoſque facit homines gradus iſte, qui in eorum prima ætate luxuriabuntur enormiſſime, cui ſi aſpectus cõnectitur infortunarum, morte violenta periclitabuntur, qua propter cauſa erunt infamiæ; horum ſtella graduum, Martis Saturniq; naturam agreditur.

Ar-

16

Artes ex igne tractantes ſub hoc gradu innuuntur homines, quem ſi gradum inimico oculo, infortunia videbũt, miſeri, anguſtiiſq; pleni vitam agent, & caſualiter peribunt, at ſi altera fortunarum aſcẽdentibus, gradibus iſtis aſtiterit, fortunati viuent, nec tales ex igne artes exercebunt; eorum ſtella naturam Martis, Iouiſq; imitatur.

17

Miſerabiles in hoc gradu naſcentur homines, cui ſi præerit Mars, vel aſpectu malefico eum videbit, à feris dilaniati peribunt, verum ſi Iuppiter, vel Venus beneficè radios in eum porrexerint, minimè violentam patientur mortem, vitamq; fœlicem Protrahent; hos prædominans gradus ſtella Saturni, Iouiſq; naturæ adſcribitur.

Gra-

18

Gradus iſte in lucem venientes debiles, nec ſana valetudine eos viuere annunciabit, iiq; longis pulmonum affectibus obnoxij erunt, cuius valetudines minimè cognoſcentur, & ſi infortunæ toruis oculis gradum illum intuebuntur, in prima eorum ætate vitali aura deſtituentur, verum ſi Iuppiter, vel Venus benignum immiſerit radium, haud tali morientur morte; hos perdominatur ſtella gradus Martis, ac Iouis naturæ adminiculatur.

19

Ingenioſos parit hic gradus homines, qui apud alios præualebunt, cui ſi præerit Iuppiter, vel Venus ſi aſpectu benefico cum videbunt, inter alios quod ſemper per exaltabuntur, ac ſi loco Iouis, vel Veneris, Mars, vel Saturnus aderit, infortunati, calamitatibuſq; repleti vigent; eorũ ſydus naturã Martis, Iouiſq; tenet.

Pro-

20

Probi aſpectus, & in negotijs verſatos multũ hic gradus inclinat homines, qui ſi Martem habuerit præſentem amabiles, & gratioſi erunt, ac parum per adulatores, & cum amicorũ pręcipuè vxoribus eorum, quamquam non in tali actione cognoſcendi, imò potius auxilium illis præſtabunt, quam perſequtiones omnes; & tamen repentinus eorum fuerit interitus, Iuppiter cũ oculo benigno facit illos fortunatos, & violentam repellit mortem naturam Solis, & Martis hæc ſtella ſeruat.

21

Permittit homines aurifices, & aureas pertractantes res, at ex duabus fortunis vnam ſi iſti detempſerint gradus, vel eorum receperint oculos amantes, fortunati fuerint ſemper, quod omnino ab infortunijs repellitur, quorum ſtella eſt Martis, Iouiſq; naturæ.

32

Verſatos multum, & ingenij perſpicacis his in gradibus futuros eſſe homines aſſerimus, hi vero gradus, ſi Veneris ſuſceperint præſentiā, magnas tunc aſſequentur dignitates Eccleſiaſticas, ſi Lunæ benigno oculo, multa pertractabunt negotia, & officia, tamen maleficis cum radijs Saturni, vel Martis, inepti, & maximi vexandi damnis erunt Veneris naturæ, Mercurialiſq; eſt ſtella illorum.

32

Homines iſte gradus præſcribit humoriſtas, & deliberatæ voluntatis, verum Mars in aſcendente, mortem in prima illorum etate indicat, Mercurius, auaritias vſuras, diuitiaſq; multa, quarum cauſa moriantur, vna duarum fortunarum, illos liberalitate decorātur magna; Saturni, Iouiſq; eſt naturæ ſtella.

Ho-

24

Homines tam forma, quã corpore venuſtos hic gradus excitat, quam ſi Iuppiter, vel Venus hilari vultu videbit, naſcẽtes pulchriores gignet, quorum venuſtati coniuncetur quoque gratus animus beneficentia, atq; amabilitas eorum animi, amicos Regibus efficiet, & valdè fęlices, attamen iuuentutem non pertranſibunt, verum Ioue aſſiſtente aſcendentibus gradibus iſti, longa fruentur vita; eorum ſtella, Veneris, Mercurijq; naturã denotat.

25

Steriles errones, atque per orbem peregrinantes ſub hoc gradu naſcentes innuũtur, quorum natura talis futura ſit, vt libidine ardeant, cui gradui ſi duæ infortunæ malefice per aſpectum iunctæ videbuntur, eximio coitu peribunt,

vel

vel morbis ex venereis actibus ortis, verum ſi Iuppiter, vel Venus benefice eum intuebitur, contemperabuntur; eorum ſtella Veneris, atq; Mercurij naturæ adſcribitur.

36

Naſcentes gignit gradus iſte, qui herbis veſci malint, quam hominum conuerſi inire, terrarum coloni erũt, atque admodum laboribus dediti, longa viuent vita, eoq; magis ſi benefice duæ fortenæ gradum reſpexerint; eorum ſtellę prædominans naturæ adminiculatur Saturni.

27

Sacerdotes, tẽplorumq; miniſtri ſub hoc gradu in lucem veniẽtes denotantur euadent optimi hymnorum laudumq; Diuinarum cãtores, cui gradui aſtiterit Iuppiter, vel Venus, vel cum benefice intuebitur, magnificabuntur, atq; ad prælaturam euehentur, at altere infortunarum malefice irradiante, haud ad talem aſcendẽt dignitatem; eorum ſtella Iouis, Martis, Mercuriiq; naturam tenet.

28

Haud ſana frui valetudine naſcentes gradus hic finet, pedum affectibus cruciabuntur, atque podagris multoque peius hoc erit ſi duæ infortunæ malefice eum videbunt, verum Ioue, vel Venere benefice aſpiciẽtibus firma valetudine

viuent; horum ſydus Saturni, ac Mercurij naturæ deſignatur.

39

Negotiatores, qui non perſperam experientur fortunam gradus iſte parit homines, cui ſi preſens fuerit Mars, vel eſſet de quarto, vel Oppoſitione eum reſpexerit è præcipitibus locis ruere eos ſinet, atque pedum fracturam ſubire, ſi maleſice Saturnus cum gradum proſpexerit caſu mortem inferet, at Ioue, vel Venere beneſice aſpicientibus caſum tollent, fortunatoſque eos faciet; eorum ſtella Mercurij, & Saturni naturæ opitulatur.

Ter-

30

Tertius hic gradus leues, flexibiles, atque inconſtantes facit naſcentes, cui ſi Saturnus, & Luna aſtiterit, vel illum ex Oppoſito, aut Quadrato reſpexerit, magis atque magis inſtabiles eos efficiet, at aſpiciẽtibus iſtis infortunis benefico radio, conſtantes, & longeuos eos procreabit, proceſſuq; ac ob eorum, eorum negotia pluries maria nauigabunt, liberis ſæpè carebunt, eoq; magis ſi altera ex infortunis quintam occupabit domum, hi deſiderio liberorum ſuſcipiendorum cauſa, alienos adoptabunt filios, qui ſi ſub falce naſcetur, alienos nutriet liberos, qui cum Lupo in lucem venerint, cum lepre, atq; cum ara, cum falce naſcentes, arabunt, atq; colent humum flumentumq; ſemper affluenter colligent, qui cum ore lupi agiles, ſalienteſq; fient, at ſi cũ iſtis gradibus præſens fuerit Mars, miſerabiliter à canibus dilaniandos naſcentes præbebit, & qui cum toto lupo totum ducent, acuti euadent, at ſummopere doloſi, fures, impyq; fuerint, qui non ſolum alios verum aſcendentes gradus Mars maleſice reſpexe-

rit, violenta morte perituros annunciabitur,
qui ſub ſiniſtro lupi pede in lucem venient,
ibiq; præerit Mars, atrociter a furibus vulne-
rabuntur, & in fine eorum vitæ pedibus ca-
rebunt; at ſi aſcendens in dextro lupi pede
ceciderit, hominus naſcentes phreneticos
compariet, nec longa fruentur vita. Qui ſub
minori Aquarij capite naſcentur, terras va-
gabunt, & præcipuè nemora deſerta, & in-
culta loca, in quibus venabuntur, & ſi ſub de-
xtro in lucem dentur, equorum inſtructores
fient, quibus ſi gradibus beneficum ſydus præ-
ſentiam ſuam præbuerit, in talibus ſe exerce-
bunt exercitijs, & eorum opere Reges vten-
tur, ſi ſub ventre naſcentur, hortulanos effi-
ciet, tenaces, & feneratores, multum laborá-
tés, & inſudantes, & apoplectici morientur, ſi
ſub dextro pede, in aqueis locis vitam termi-
nabunt, qui ſub ara naſcentur, ex ſacrificijs
alimenta ſuſcipient, & in fine eorum vitæ cō-
ferentur, qui ſub exitu, ſeù in profuſione
aquæ in lucem prodibunt affluentes erunt
in eorum prima ætate, quam plures honores,
atq; dignitates poſſidebunt, attamen in hac
eorum ætate iuuenili diſſipabunt vniuerſum,
quod eis oblatum, atq; præſtitum fuerit, huius
cauſa eſt, quia naturaliter liberales, atq; gra-
ti erūt, verſauice, ingrati illis fuerint, qui pro-

deſſe

deſſe eis ſtuduerit, his etiam fortunam liberalem, atq; propitiam ſe oſtendet, quapropter quamplures conſequentur dignitates, atq; bona patrimonialia, & ſemper vultionis gratia ſuos inimicos videbunt. Qui ſub lepre vinaſcentur, pauperes calamitatibuſq; pleni viuent, erunt pauidi atq; errabundi, eorum labores ſemper perperam euadent, & ſine fructu, talis enim eſt prædicti ſyderis natura.

De Trigeſimo Piſcium Gradibus.

Cap. XV.

VVltimum duodecim Zodiaci ſignorum ſignum Piſcis comprehenditur, eorum natura frigida, humenſque eſt, aquæ naturæ opitulans; in hoc exaltatur Venus, ſignumq; commune habetur. Sol in hunc ingreditur ſignum die 19. Februarij ibiq; vſq; ad 21. Martij moratur, terminum ponit cum his 30. gradibus totumq; ſolarem curſum, qui conſtat ex 360. gradibus Zodiaci vti in principio tractatus dictum à nobis fuit.